

SECRETARIA STATUS SEU PAPALIS Instr. DE SECRETO PONTIFICIO*

TEXTU BILINGUE

Secreta continere quantum hominum naturae congruat, ex eo imprimis patet quod, etsi multae res exterius agenda sunt, earum tamen ortus et meditatio in intimo corde conduntur et nonnisi post maturam cogitationem prudenter eae efferuntur.

Silere igitur, res quidem perdifficilis, perinde ac palam considerateque loqui ad perfectum hominem pertinent: tempus est enim tacendi et tempus loquendi (cf. **Eccle.** 3, 7) et ille perfectus est vir, qui linguam suam refrenare noverit (cf. **Iac.** 3, 2).

Quod in ipsa contingit Ecclesia, quae est communitas credentium, qui cum iis mandatum sit munus praedicandi et testificandi Evangelium Christi (cf. **Mc.** 16, 15; **Act.** 10, 42), tamen officio tenentur sacramentum abscondendi verbaque conferendi in corde, ut opera Dei recte lateque manifestentur, eiusque sermo curat et clarificetur (cf. **II Thes.** 3, 1).

Merito igitur iis, qui Populi Dei servitio destinantur, quaedam secreto tegenda concreduntur, ea scilicet, quae revelata aut suo non tempore modove revelata,

Es evidente cuánto conviene a la naturaleza de los hombres guardar los secretos, sobre todo porque, si bien se han de hacer muchas obras exteriores, sin embargo, su nacimiento y meditación se ocultan en lo íntimo del corazón y no salen a la luz sino después de una madura y prudente reflexión.

El silencio, ciertamente una cosa muy difícil; lo mismo que el hablar en público y con discreción, pertenece a la perfección de hombre. Tiempo hay para hablar y para callar (cf. **Eccl.** 3, 7); y varón perfecto es aquél que sabe refrenar su lengua (cf. **Jac.** 3, 2).

Así sucede en la misma Iglesia, que es comunidad de creyentes; los cuales, cuando se les haya confiado el encargo de predicar y testificar el Evangelio (cf. **Mc.** 16, 15; **Act.** 10, 42), están obligados a mantener en su intimidad las cosas santas y meditar en su corazón la palabra, para que se manifiesten las obras de Dios recta y ampliamente, y su conversación discreta y se ilumine (cf. **II Thes.** 3, 1).

Con razón, pues, los destinados al servicio del pueblo de Dios están obligados a guardar el secreto sobre ciertas materias, a saber: aquellas que, o por ser descubiertas simplemente o por serlo en tiempo y modo indebidos, y no a su tiempo y modo debidos,

* El 4 de febrero de 1974, Pablo VI aprobó esta Instrucción regulando distintos aspectos del llamado secreto pontificio. (A.A.S., 66 (1974), pp. 89-92). Traducción publicada en «Ecclesia», n. 1683 (1974), pp. 13-14.

Ecclesiae aedificationi obsunt vel publicum bonum pessumdant vel denique privatorum et communitatum inviolabilia iura offendunt (cf. Instr. **Communio et progressio**, 121).

Haec omnia conscientiam semper obligant, et imprimis secretum ob Paenitentiae sacramenti disciplinam severe servandum, ac deinde secretum officii, vel secretum pontificium, de quo in hac Instructione est sermo. Etenim patet, cum in publica re versemur, quae totius communitatis bonum tangit, non a quovis privato, iuxta propriae conscientiae dictamen, sed ab eo, qui curam communitatis legitime habet, statuendum esse quando vel qua ratione et gravitate huiusmodi secretum imponendum sit.

li vero, qui tali secreto devinciuntur, non quasi exteriore lege se astrictos esse censeant, sed potius propriae humanae dignitatis imperio: honori nempe sibi ducant debita in publicum bonum servare secreta.

Quod autem ad Curiam Romanam attinet, negotia, quae ab ea in universalis Ecclesiae servitium tractantur, communi secreto ex officio obteguntur, cuius moralis obligatio vel ex superioris praescripto vel ex rei natura et momento dimittenda est. At in quibusdam rebus gravioris momenti peculiare urgentur secretum, quod **pontificium** nuncupatur et gravi semper obligatione servandum est.

De secreto pontificio Instructionem edidit Secretaria Status die XXIV mensis iunii anno MDCCCCLXVIII; postquam vero quaestio considerata est penes coetum Cardinalium moderatorum Dicasteriorum Curiae Romanae, eiusdem Instructionis normas quasdam immutare visum est, ut, materia et obligatione huius secreti accuratius definita, eius observatio congruentius urgeretur.

Normae igitur sunt, quae sequuntur.

Articulus I

Secreto pontificio comprehenduntur:

- 1) Praeparatio et compositio Documentorum Pontificiorum, pro quibus eiusmodi secretum expressis verbis requiratur;
- 2) Notitiae ratione officii cognitae, respicientes res quae a Secretaria Status vel a Consilio pro publicis Ecclesiae Negotiis aguntur, quaeque sub secreto pontificio tractandae sunt;
- 3) Significationes et denuntiationes doctrinarum scriptorumque typis editorum factae S. Congregationi pro Doctrina Fidei, nec non earum examen, iussu eiusdem Dicasterii institutum;

obstan a la edificación de la Iglesia o, en fin, dañan los derechos inviolables de las personas privadas o de las comunidades (cf. Instr. **Communio et progressio**, 121).

Todo esto obliga siempre en conciencia y, en primer lugar, el secreto que severamente hay que guardar en razón de la disciplina del sacramento de la penitencia, y luego el secreto de oficio, o el que se llama secreto «comiso», además del secreto pontificio, del que se trata en esta Instrucción. Pues es claro, cuando se trata de un asunto público que afecta al bien de toda la comunidad, que, quien ha de establecer cuándo y por qué motivo o con qué gravedad se deba establecer el secreto no es cualquier persona privada, según el dictamen de su propia conciencia, sino el que tiene a su cargo el cuidado de la comunidad.

Los ligados por tal secreto no deben juzgarse atados como por una ley exterior, sino más bien por el imperio de la propia dignidad humana; o sea, estimen como un honor guardar los debidos secretos en pro del bien público.

Por lo que se refiere a la Curia romana, están salvaguardados por secreto común «ex officio» los asuntos que ella trata para servicio de la Iglesia universal; y su obligación moral ha de medirse por el rescripto del superior, o por la naturaleza e importancia de la materia. Pero, en algunos asuntos de mayor importancia, urge el secreto peculiar que se llama **pontificio**, y siempre hay obligación grave de guardarlo.

La Secretaría de Estado publicó una Instrucción sobre el secreto pontificio el día 24 de junio de 1968; sin embargo, después que se ha considerado la cuestión ante el conjunto de cardenales prefectos de los Dicasterios de la Curia romana, pareció que se debían cambiar algunas normas de la misma Instrucción, para urgir su observancia más convenientemente, una vez definida con más cuidado la materia y la obligación de este secreto.

Las normas son las siguientes:

Artículo I

Están comprendidos en el secreto pontificio:

- 1) La preparación y composición de los documentos pontificios, cuando se requiera tal secreto con expresas palabras;
- 2) Las noticias conocidas por razón del cargo que afecten a lo que hace la Secretaría de Estado o el Consejo para los Asuntos Públicos de la Iglesia y que deben tratarse bajo secreto pontificio;
- 3) Las notificaciones y denuncias de doctrinas y publicaciones hechas a la Sagrada Congregación para la Doctrina de la Fe, y el examen de las mismas establecido por mandato de dicho Dicasterio;

4) Denuntiationes extra iudicium acceptae circa delicta contra fidem et contra mores, et circa delicta contra Paenitentiae sacramentum patrata, nec non processus et decisio, quae ad hasce denuntiationes pertinent, salvo semper iure eius, qui ad auctoritatem delatus est, cognoscendae denuntiationis, si id necessarium ad propriam defensionem fuerit. Denuntiantis autem nomen tunc tantum patefieri licebit, cum auctoritati opportunum videatur ut denuntiatus et is, qui eum denuntiaverit, simul compareant;

5) Relationes a Legatis Sanctae Sedis confectae circa res pertinentes ad secretum pontificium;

6) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt ad creationem Cardinalium;

7) Notitiae ratione officii cognitae, quae attinent ad nominationem Episcoporum, Administratorum Apostolicorum ceterorumque Ordinariorum episcopali dignitate praedictorum, Vicariorum et Praefectorum Apostolicorum, ac Legatorum Pontificiorum, itemque inquisitiones ad has causas spectantes;

8) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt ad nominationem Praelatorum Superiorum et Officialium maiorum Curiae Romanae;

9) Quidquid attinet ad arcanas notas (vulgo: *Cifrari*) et ad scripta arcanis notis exarata;

10) Negotia vel causae, quae a Summo Pontifice, a Cardinali alicui Dicasterio praeposito, et a Legatis Sanctae Sedis tam gravis esse momenti censentur, ut secreti pontificii tutelam postulent.

Articulus II

Obligatione servandi secreti pontificii tenentur:

1) Cardinales, Episcopi, Praelati Superiores, Officiales maiores et minores, Consultores, Periti et ministri inferioris ordinis, ad quos spectat pertractatio quaestionum, quae secreto pontificio subiciuntur;

2) Legati Sanctae Sedis eorumque ministri, qui praedictas quaestiones tractant, nec non ii omnes, qui ab iisdem ad consulendum de his causis vocantur;

3) Ii omnes, quibus in peculiaribus causis secretum pontificium servandum imponitur;

4) Ii omnes, qui culpabiliter notitiam acceperint documentorum et rerum, quae secreto pontificio subiciuntur, vel etiam, accepta sine culpa huiusmodi notitia, certo sciant ea secreto pontificio adhuc contegi.

4) Las denuncias extrajudiciales recibidas por delitos contra la fe y contra las costumbres, y por delitos cometidos contra el sacramento de la penitencia, y también el proceso y decisión perteneciente a estas denuncias; salvo siempre el derecho, del que ha sido delatado, de conocer la denuncia, si ello fuera necesario para la propia defensa. Sólo será lícito manifestar el nombre del denunciante cuando a la autoridad le parezca oportuno para que comparezcan juntos el denunciado y el denunciante;

5) Los informes hechos por los legados de la Santa Sede sobre cosas afectadas por el secreto pontificio;

6) las noticias conocidas por razón del cargo sobre la creación de cardenales;

7) Las noticias conocidas por razón del cargo, referentes al nombramiento de obispos, administradores apostólicos y demás ordinarios con dignidad episcopal, vicarios y prefectos apostólicos y legados pontificios, e igualmente las indagaciones sobre estos asuntos;

8) Las informaciones, conocidas por razón del cargo, sobre el nombramiento de prelados superiores y oficiales mayores de la Curia romana;

9) Lo referente a las notas secretas (vulgarmente, *cifradas*), y a los escritos preparados con esa clase de notas;

10) Los asuntos o causas que el Sumo Pontífice, el cardenal prefecto de algún Dicasterio, o los legados de la Santa Sede juzgan de tal importancia que reclamen la tutela del secreto pontificio.

Artículo II

Están obligados a guardar el secreto pontificio:

1) Los cardenales, obispos, prelados superiores, oficiales mayores y menores, consultores, peritos y ministros de clase inferior, a quienes compete tratar las cuestiones que se someten al secreto pontificio;

2) Los legados de la Santa Sede y sus oficiales que tratan de aquellas materias, y todos los que sean llamados por ellos a consulta sobre tales asuntos;

3) Todos aquellos a quienes se impone el mantenimiento del secreto pontificio en asuntos concretos;

4) Todos los que hubieren recibido culpablemente noticia de documentos y cosas sometidas al secreto pontificio, o los que habiéndola recibido sin culpa sepan ciertamente que aquellos documentos y materias están protegidas por el secreto pontificio.

Articulus III

1) Qui secreto pontificio adstringitur, ad illud servandum gravi semper obligatione tenetur.

2) Si violatio ad forum externum delata fuerit, qui accusatur violationis secreti iudicabitur a peculiari quadam Commissione, quae constituetur e Cardinali Dicasterio competenti Praeposito, vel, si is desit, ex Officii moderatore ad quem spectat; haec Commissio congruas poenas irrogabit, pro gravitate delicti eiusve damni.

3) Si is, qui secretum violavit, Romanae Curiae operam praestat, in poenas incurrit in Ordinatione Generali statutas.¹

Articulus IV

Qui ad secretum pontificium ratione muneris admittuntur, iusiurandum dare debent iuxta formulam, quae sequitur:

Ego...

constitutus coram...

tactis per me sacrosanctis Dei Evangeliiis, promitto me fideliter «secretum pontificium» servaturum esse in causis et in negotiis quae sub eodem secreto sunt tractanda,² adeo ut nullo modo, sub quovis praetextu, sive maioris boni, sive urgentissimae et gravissimae causae, secretum praefatum mihi violare liceat.

Secretum, ut supra, me servaturum esse promitto etiam causis et negotiis pro quibus tale secretum expresse imponatur. Quod si in aliquo casu me dubitare contingat de praefati secreti obligatione, in favorem eiusdem secreti interpretabor.

Item scio huiusmodi secreti transgressorem peccatum grave committere.

Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis manibus tango.

Hanc Instructionem Paulus VI, Summus Pontifex, in Audientia infrascripto concessa die IV mensis Februarii, anno MDCCCCLXXIV, approbavit et publici iuris fieri iussit, ea lege ut a die XIV mensis Martii eiusdem anni vigeret, contrariis quibuslibet non obstantibus.

I. Card. VILLOT, Secretarius Status

Artículo III

1) Los vinculados por secreto pontificio están gravemente obligados a guardarlo.

2) Si la violación ha llegado al fuero externo, al acusado por la violación del secreto lo juzgará una Comisión especial, que habrá de constituir el cardenal prefecto del Dicasterio competente, o, en su defecto, el moderador del Oficio respectivo; esta Comisión impondrá las penas adecuadas, según la gravedad del delito o su daño;

3) Si quien violó el secreto presta sus servicios en la Curia romana, incurre en las penas establecidas en el Ordenamiento General (1).

Artículo IV

Aquellos a quienes se confíe el secreto pontificio, por razón del cargo, deben prestar juramento según la siguiente fórmula:

Yo...

en presencia de...

tocando los sacrosantos Evangelios de Dios, prometo guardaré fielmente el «secreto pontificio» en las causas y asuntos que se van a tratar bajo ese secreto (2), de modo que no me es lícito violar dicho secreto de ningún modo, bajo ningún pretexto; ni de un bien mayor, ni de una muy urgente y gravísima causa.

Prometo también que guardaré el secreto aun en las causas y asuntos terminados, a los que se imponga expresamente tal secreto. Y si, en algún caso, me sucede dudar de la obligación de dicho secreto, mi interpretación será en favor del mismo.

Asimismo soy consciente de que el transgresor de un secreto de esta clase peca mortalmente.

Así, Dios me ayude, y éstos sus Santos Evangelios, que toco con mis propias manos.

El Sumo Pontífice Pablo VI, en audiencia concedida al infrascripto el 4 de febrero de 1974, aprobó esta Instrucción y mandó hacerla de Derecho público, para que comience a regir desde el día 14 del mes de marzo del mismo año, no obstante, nada en contrario.

J. Card. VILLOT, Secretario de Estado

(1) Cf. Ibid. art. 39 § 2, art. 61, n. 5 et art. 65 § 1, n. 3.

(2) Pro iis, qui ad secretum pontificium admittuntur in aliqua peculiari causa: servaturum esse in causa mihi commissa.

(1) Cf. Ibid. art. 39, § 2; art. 61, n. 5 y art. 65, § 1, n. 3.

(2) Para aquellos a quienes se confía el secreto pontificio en alguna causa particular: «En la causa a mí confiada».